UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 111. An exemptiones & conservatoriæ amittantur per non usun.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

in alieno territorio alteri pleno jure ſubjecto juriſdictionem exercere non poteſt.
6 *DD. d. loco.* Neque impedit Conc. Trid. Quia illud non revocat juriſdictio-
nem aliorum ordinariorum licet Epiſcopis inferiorum. *Navarr. conſ. 9. de privileg.*
*Dec. cap. ad noſtram num.* 14. *de appellat.* prout & ego adhuc ſuperius comprobavi,
viderique poterant ea quæ hanc materiam concernentia latius in ſcholiis ad-
duxi.

---

## *QUÆSTIO CXI.*

### An Exemptiones & Conſervatoriæ amittantur per non uſum.

### SUMMARIUM.

1. *Privilegium ſine contradictione non amittitur per non uſum.*
2. *Signanter cum privilegio ineſt clauſula irritans.*
3. *Jus non utentium conſervatur ex jure utentium.*
4. *Jus patronatus per uſum compatroni conſervatur.*

PRivilegium non amitti per non uſum niſi antecedat contradictio, latè reſpon-
1 dit *Wameſ. tomo 2. conſ. Fel. & DD. cap. cum acceſſiſſent de conſtitut.* Imò verò
non tolli per non uſum quoties privilegio ineſt clauſula irritans ut ineſſe con-
ſuevit exemptionibus, reſolvit *Rota deciſ. 3. de privileg. in antiq. Farinac. dec. 240. nu. 5.*
2 *fol. 135. editionis Francofurtenſis anni* 1612. ſignanter etiam in caſu quo Collegium
aliquod particulare dicitur, non uſum privilegio, conſervatur enim non utenti jus
ex uſu aliorum utentium, qui ſunt ejuſdem ordinis quibus de non uſu opponi non
poteſt. *Farinac. ibidem.* ad inſtar juris patronatus, quod per uſum compatroni con-
3 ſervatur, *Abbas conſ. 54. lib. 1. Curtius de jure patronatus verſ. competens nu.* 24. *Farinac.*
4 *d. deciſ. 240, nu. 6. & 7.* qua de re vide quædam quæ ſuperius attuli, *quæſt. 58. & 61.*
*& lib. 3. de Juriſdict. Ord. in Exempt. quæſt. 13.*

---

## *QUÆSTIO CXII.*

### Revocatio Exemptionum & Conſervatoriarum ſitne favorabilis vel odioſa.

SUM-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN